

ista, multum cœpi ridere,<sup>1</sup> dicens: Qualia sunt ista animalia.<sup>2</sup> Qui respondit: Hæc animalia animæ sunt nobilium virorum quæ nos hic pascimus amore dei.<sup>3</sup> Ei autem sic respondent, dicens,<sup>4</sup> Hæc animæ non sunt sed solum bestiæ et animalia ipsa sunt. Michi autem respondebat dicens, Verum non est quod hæc animalia sint, sed solum animæ nobilium sunt istæ, unde unus illorum sicut fuit nobilis homo, sic ejus anima in aliquid istorum animalium nobilium ipsa intrat; animæ vero rusticorum in animalia vilia intrant et habitant. Sic autem isto modo dicere poteram sibi multa quæ tamen aliud nunquam credere volebat.<sup>5</sup> Si quis autem dicere et enarrare hujus civitatis magnitudinem vellet, illiusque magna mirabilia quæ sunt in eâ, unus bonus quaternus stationis hæc talia tenere non posset. Verum ista est nobilior et major civitas pro mercimoniis quam habeat totus mundus.<sup>6</sup>

34. *De civitate Chilenfu, de maximo flumine Talay, et pygmæis.*

De istâ recedens civitate per sex dietas veni ad unam aliam civitatem magnam quæ vocatur Chilenfo;<sup>7</sup> hujus muri civitatis bene per xl miliaria circueunt ipsi. In ista etiam civitate sunt bene tres centi et xl<sup>8</sup> pontes lapidei pulchriores quam totus habeat mundus. In hac civitate fuit prima sedes Regis Manzi in qua ipse morari solebat. Hæc bene habitatur a gente et in ea est ita magnum navigium quod est mirabile valde. Ipsa bene sita est omniumque bonorum copiam habet magnam. Ab hac civitate recedens veni ad quoddam flumen magnum quod vocatur Talay,<sup>9</sup> et est majus flumen quod sit in mundo, nam ubi strictius est bene est latum septem miliaribus. Hoc flumen per medium terram pigmeorum scilicet vidinnorum<sup>10</sup> transit, quorum civitas vocatur Chathan,<sup>11</sup> quæ de melioribus et pulchrioribus civitas est quæ sint in mundo; hii pigmei sunt magni tribus spansis, qui faciunt magna opera Goton, id est bombicis,<sup>12</sup> quam aliqui homines qui sunt in mundo. Homines autem

<sup>1</sup> *Boll.* illi seni.

<sup>2</sup> *Ven.* has instead Quid hoc indicare vellit; *Mus.* Tunc admiratus quæ essent animalia ista quasi ridendo multum inquisivi; *Boll.* dixi Edissere mihi quid iste significat?

<sup>3</sup> *Hak.* et *Mus.* Dei qui regit orbem.

<sup>4</sup> For dixi.

<sup>5</sup> *Hak.* Incepi istam abusionem improbare, sed nihil valuit sibi. Non enim poterat credere quod aliqua anima posset sine corpore manere; *Boll.* has Et licet multa sibi dicerem et prædicarem numquam tamen ipsum ab hâc perfidia potui revocare.

<sup>6</sup> *Hak.* omits this sentence about the city altogether; *Mus.* Si quis ergo mirabilia et mercimonia quæ in eâ sunt dicere et enarrare vellet nemo occidentalis partis mundi credere sibi posset.

<sup>7</sup> So also in *Ven.*; *Ut.* has Chilemphe; *Far.* Chilopho or Chilepho; *Hak.* Chileno, but the greater *Museum MS.* has Chilemfo; *Mus.* Chilefu or Chilenfu; *Boll.* Chyleso, bene muratam; *Marc.* Chilenfo.

<sup>8</sup> *Ven.* trecenti et sexaginta; *Far.* iiiiclx; *Boll.* only quadraginta.

<sup>9</sup> *Ven.* also has Talay; *Mus.* et *Hak.* Thalay; *Marc.* Talay; *Ut.* Dotalay; *Far.* Thanai; with the following interpolation to justify the blunder, de quo scripsit Isidorus 12° libro etymologiarum, a Thano primo rege Sitharum denominatus qui ex nivosis (?) fluviis descendens determinavit Europam ab Asia et est inter ii partes mundi medias currens, atque in Pontum fluens; *Boll.* has Thannay.

<sup>10</sup> *Ven.* omits these two words; *Ut.* has id est biduinorum; *Far.* per medium terram biduinorum; *Mus.* pigmeorum, i.e., vidimiorum; *Marc.* Bidyni and Biduini.

<sup>11</sup> *Ven.* Cacham; *Ut.* Tachara; *Far.* Cathan; *Hak.* Kakam; *Mus.* Kaycon.

<sup>12</sup> *Hak.* Goton et Bombycinam. Omits all that follows about pigmies.